MONUMENTA GERMANIAE

Ille institor respondit: ad decem solidos denario-
rum. Lantgravius dixit camerario suo: Addas
sibi decem solidos ex parte mea et patentem
litteram, ut conducta mea cum rebus suis pergat.
Et dixit institori: Ego ero socius tuus in mercimo-
niis, promittas mihi fidelitatem. Ille institor
pauper valde letanter promisit, sumpsit de ma-
nibus camerarii pecuniam et litteras promissas.
Ille omni anno novo venient ad Dominum Lantgravium,
suum socium, dedit ei deyrodia et monstravit
mercimonia. Sed princeps restituit sibi hoc in
vestimentis et pecuniis et mercimonia pre-
ciosa crescebant. Post breve tempus, quod non potuit
portare. Et asinum habuit, qui de civitate in
civitatem portabat. Accidit semel, quod habuit
valde preciosa mercimonia, annulos aureos, monilia,
lapides preciosos et talia similia, et transibat
per Franconiam de Reno et ceram de Venetiis
volens ad dominum suum et socium Lantgravium.
Videntes aliqui nobiles in Franconia talia
mercimonia preciosa, ponebant sibi insidias,
rapientes asinum cum mercimoniis, non cu-
rantes litteras neque verba institoris. Qui veniens
Isenach ad dominum suum et socium tristis
conquerebat de rebus perditis, qui risit dicens:
Socie care, ne cures de mercimoniis nostris
nec recedas. Statim fecit expeditionem magnam
versus Franconiam et querebat asinum
usque Wirtzburgk et Franconibus valde
magnum damnum intulit. Quod episcopus
Herbipolensis percipiens, veniens ad eum questus
est, cur talia faceret, que non meruerat. Dixit:

p. 129.

a) preciosas

c. 418.

Cr. Thuring.